Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



daniel

principem principum consurget & sine manu conteretur. Et mane quod dicit est uera est
Tu ergo signa uisionem quia post multos dies erit. Et ego daniel la gui & exterritus per dies plimos. Cū q; surrexissem faciebam opa regis et stupebam ad uisionem & non erat qui interpretaretur. IX
In anno primo dati filii assueri de semine medorum qui imperauit sup regnum chaldeorum. In anno primo regni eius ego daniel intellexi in libris numerum annorum de quo factus est sermo domini ad hieremiā pro phetam. ut complerentur desolatiōes hierusalem. LXX annis & posui faciem meam ad dominū deū me rogare & deprecari in ieiuniis sacco & cinere & oraui dñm deum meum et confessus sum & dixi. Obsecro domine deus magne & terribilis custodiens pactum & misericordiam di ligentibus te & custodientibus mā data tua. Peccauimus iniquitatē fecimus impie egimus & recessim⁹ et declinauimus a mandatis tuis ac iudicijs tuis. Non obediuimus seruis⁹ prophetis qui locuti sunt in nomine tuo regibus nostris principibus nostris. patribus nos tris. omni q; populo terre. Tibi dñe iustitia nobis autē confusio faciei sicut est hodie uiro iude & habitatoribus hierlim. et omni isrl' his qui prope sunt & his qui procul sunt in uniuersis terris. ad quas eiecisti eos propter iniquitates eorum quibus peccauerūt in te domine. Nobis autē confusio faciei. regibus nostris pri pibus nostris & patribus nostris q' peccauerunt tibi. a domino deo nostro propitiatio & misericordia quia recessimus ate & nō audiuimus uocē domini dei nostri. ut ambularemus in lege eius quam proposuit nobis p seruos suos prophetas. & omnis isrl' preuaricati sunt legem tuam & declinauerunt ne audirent uocem tuam. et stillauit sup nos maledictio & de testatio que scripta sunt in libro moysi serui dei. quia peccauimus ei. Et statuit sermones suos quos locutus est sup nos. et sup principes nostros qui iudicauerunt nos. ut sup induceret in nos malum magnum quale nō quam factum est sub omni celo sicut quod factum est in hierusalem. sicut scriptum est in lege moysi. Omne malum hoc uenit sup nos. & nō ro gauimus faciem tuam domine deus noster. ut reuerteremur ab iniquitatibus nostris & cogitaremus ueritatem tuam & uigilauit dominus sup malitiam & adduxit eam sup nos. Justus est dominus deus noster in omnibus operibus suis q' fecit nō enim audiuimus uocem eius. Et nunc domine deus noster qui edu xisti populum tuum de terra egipti in manu forti & fecisti tibi nomen sicut die hanc. Peccauimus iniq; tatem fecimus domine in omnem iustitiam tuam tuam. Auertatur obsecro ira tua & furor tuus a ciui tate tua hierlim & a monte sancto

120